

PROGRAMMA

IN

FVNERE

VIDVÆ

BEATI

CASPARIS CORBERI,

PROFESSORIS QVONDAM IN HAC

ACADEMIA ELOQVENTIÆ CELE-
BERRIMI,

ÆTERNUM VICTURI,

CULTISSIMÆ FEMINÆ

AGNESÆ KROHNEN,

A. M D C C X I I.

D. XXIV. JAN.

IN ACADEMIA JULIA

P. P.



HELMSTADII,

TYPIS GEORG-VVOLFANGI HAMMII, ACAD. TYPOGR.



PROGRANMA
IN
LITERE
VIDVA
BRNT
CASPARIS CORBIER
PROFESSORIS OVONDAE IN HAC
ACADEMIA REOVONTIS CENS.
PUBL.
ETERNUM VICTUR
COLLEGIUM REOVONTIS
AGNITUM KRONHEIM
A. M. D. C. XLII
D. XXV. IN
IN A. REOVONTIA PUBL.





ACADEMIÆ JULIÆ
PRO - R E C T O R
CIVIBUS ACADEMICIS
S. P. D.

Efferemus hodie funus VIDUÆ CORBERI,
Professoris quondam de hac Academia &
bonis literis optime meriti. Recrudescit
vulnus memoriâ funeris prioris. Meminimus ra-
rum viricandorem, qui à fuco alienus, fallere ne-
scius, societatis vincula nulla fraude solveret. Non
deprehensum in illo os melle delibutum, quo virus
tegeret; Non acuisse dentes animadversus in in-
fontes, in familiares, vel & absentes. Humanita-
tatem professus inhumanus existere noluit. Vir bo-
nus, non minus prudens, qui quæ ad incolumitatem
civitatis pertinent, sciret, & ex sua parte observa-
ret. Expertus præterea, omnigenaque doctrina,
oratori necessaria, præclare imbutus. SCHRA-
DERI, immortalis memoriæ, in fœcunda sua di-
sciplina

seiplina æmulus , ut virtute ita & dicendi usu ac
dignitate sic excelluit , ut hujus Academiæ florem
& hoc nomine non solum servaret , sed & augeter,
fama & exasciatis monumentis apud externos no-
tus. In studiosorum emolumenta tam propensius,
ut dicendi artis commoda luculenter & abunde de-
monstraret ad sacra nec non civilia negotia pergen-
tibus. Nec suggestibus tantum , sed & foro , ser-
monis puritatem , decus & copiam vindicare sue-
tus. Interpretationi autorum , veterum præsertim,
sacrorum & exterorum , ab eloquentiæ & humani-
tatis studiis potissimum præsidium pollicitus. Quæ
tanta sollicitudine sed & venustate urgere didice-
rat , ut & aptos formaret scholarum rectores , &
decoros in civitate & choro oratores. Bene sit
huic animæ in æternum , ex hoc quoque in terras,
dum viveret, beneficio. Nefas, cum corpore extu-
lisse memoriam virtutis , quo nullum in præstans
ingenium iniquius facinus. Quod ergo singulis
annis in majorum manes pietas poscebat encomi-
um , vel in viduarum funere semel exprimat grata
mens posterorum. Clarissimi hujus Viri vidua est
cui nunc parentamus : Quod in honorem illius di-
xisse , fuerat satis. Genus tamen & fata honestis-
simæ femine , oppido licet abunde cognita , lon-
gamque vitæ seriem , ex more breviter vel hoc sine
com-


commemorasse juvabit, ut superstites viri memine-
rint, se tristes viduas cum luctuosa & atra libero-
rum corona relicturos, ubi minime existiment. Ne-
que superflua quotidianæ ægræ experientiæ signifi-
catio, ubi viduitatis molestia, non prævisa, serenis
diebus non solet incidere ante, quam subitus even-
tus graviter familiam affligat. Nata nostra Anno
MDC LXII. die II. Januarii, in hac urbe, Patre
JOHANNE KROHNIO, Academiæ hujus Secre-
tario viginti & sex annis in provecam ætatem so-
lerte: Matre hodie grandæva, DOROTHEA,
RITMEIERIA, quæ filiæ funus aridæ senectæ la-
crymis irrigat. Avus paternus erat JACOBUS
KROHN, mercator Brunsvicensis: Maternus,
JOHANNES RITMEIERUS, & hic merca-
tor Brunsvicensis spectatissimus. Ecclesiæ commen-
data baptismi undis, AGNESA appellata. Pro e-
ducationis fortuna ad pietatis gustum, ad preces,
& catechismi sensum, ad scripturæ sacræ lectionem,
& scribendi exercitium admota. Ne quid porro ad
honestæ & probæ indolis alimenta deforet, in do-
mum ac integerrimam consuetudinem BEATI
PRÆPOSITI RITMEIERI quatuor annis
tradita. Qui convictus, indefinens virtutis cen-
surâ, animum dedit & mores compositos. Ad ma-
trem reversa, ad familiaris rei curam accita, spem
præ

præ se tulit fortunati matrimonii. Donec despon-
deretur, Deo providente, laudato nuper Viro,
CASPARI CORBERO, Eloquentiæ in hac
Academia Professori Publico, Ordinario, nostræ me-
moriam delicio: Nuptiis Anno 1687. d. 18. Octobris
more recepto celebratis. Consensus animorum
non tædiis quassatus, nec simultate divisus, nec
pugnis distractus, sed morum suavitate & toleran-
tiâ constanter conservatus, quin pignorum thori
numero subinde auctus. Sex liberorum non parvâ
serie locupletata familia. Major natus, JOHAN-
NES CASPARUS, cum lentissimo morbo in hunc
usque diem conflatus, parentum obitum domi
tacitus desset. Prima filia, MARIA ELISABETHA,
ante hos quatuor annos elocata Viro Amplissimo,
Domino HENRICO JACOBO RAVSCHEPLA-
TEN, Brunsv. ac Lunæb. Ducis in architectura milita-
ri administro & Secretario. Quod connubium No-
stræ magno fuit solatio, ex quo tres videret neptes,
duabus adhuc superstites. Reliqui liberi,
FRIDERICUS HENRICUS, GEORGIUS JU-
LIUS, JOHANNES ANDREAS, & CHRISTINA
SOPHIA, Dei gratiæ, cognatorum & propinquo-
rum fidei, & virtutis exercendæ spei, se in luctu
amaro commiserunt, qui patrem jam amiserant
Anno 1700. d. 18. Aprilis, curiis gratum, orbi co-
gnitum,

gnitum , ex quo fati serenioris adjumentum ex-
pectarant. In re familiari gubernanda, Nostra anim-
adversa otio & luxui inimica, parca & circumspe-
cta, illam non temeritate sed parsimoniâ conser-
vatura. Liberorum institutionem fidei demandavit
præceptoribus. Vicinorum ac cognatorum amorem
aluit humanitate & officiis. Vitam transegit, ut
est inter homines, honesta, pia, sobria, placida &
modesta. Neque destitit à precibus ordiri diem,
iisdemque finire. Publicis sacris vacavit, doctri-
næ avida, & obtemperare docta, religionis quo-
que pignorum & sacramentorum cupida. Intel-
lexit, sincerum Dei in virtute infucata cultum, fa-
torum unicum esse solatium, & certam in fide æ-
ternitatis spem. Adversis exercita non parum, quæ
mariti obitu immaturo afflicta, austeritate morbi
in filio primo territa, aliisque casibus ancipitibus
onerata, patientiæ dedit documenta non vulgaria,
Deo fisa. Ad vitæ finem properans, toto pene su-
periori anno pectoris æstu exesa, tandem hecticæ
febris insidias est experta, tussi urgente. Interval-
lis quidem visa nonnunquam recreari ac resuscita-
ri, ast morbi tenacis moles enervatam tandem op-
pressit, lecto diuturno affixam. Ante abitum ergo,
adversus mortis terrores se decenter & religiose
munivit, anxie ad ultimum anhelans spiritum, inter
longa

longa suspiria & vota devotissima. Expiravit nu-
per, die decimo hujus mensis Januarii, vesperi, in-
ter nonam & decimam, animo integro, & ut vires
fractæ sinunt, erecto & præsentî. Complevit dimi-
dium seculi, uno demto die, quinquagenaria. Abiit
ex hoc ævi morbo, & humanorum vitiorum conta-
gio, beata, humanâ sorte superior. Vestrum est,
Cives, meminisse, terminum omnibus instare, horâ
incertâ. Hoc agite, funus deducite, & vosmet Deo
commendate. P. P. A MDCCXII.

d. XXIV. Jan.




35. Progr. in Fun. Stiliae Heinemannii, Com. Hrovnge, vnyng. 1661.
 36. Bodmereri phil. et theol. stud. 1665.
 37. Fiknadersi progr. orationis — a Braunfeldt praem. 1663.
 38. progr. in Fun. puellae An. Mariae Krohn. 1666.
 39. — An. Marg. Nagleri. 1666.
 40. — — puelluli Joh. Rixneri. 1666.
 41. — — jenelli Joh. Fr. Rixneri. 1666.
 42. — — An. Eleon. Ackeri. 1666.
 43. Carin. grat. ad Busmannum. 1667.
 44. Ode in caritatem. 1678.
 45. Andri. Helm. Hellberg gratulatio Acad. Juliae prof. 1778.
 46. Progr. Henrici Wilschurpi. 1680.
 47. Festu. nupt. Carl. Anoltri Drumbricht. 1678.
 48. Lat. ac debit. officium ad evadum. 1678.
 49. Pia vota ad Lud. Fabrum sponsorem et — Senrann. 1679.
 50. Progr. in Fun. matris Bornemanniae, Cansmanni viduae. 1691.
 51. Progr. tot. Rempen. 1709.
 52. Progr. in Fun. An. Cath. Rineritiae, Hornesii vnyng. 1649.
 53. Progr. XII Nov. A 1693.
 54. — in Fun. An. Syph. Schmerhenniae, Sitt. Theod. Ackeri vid. 1702.
 55. — Agnerae Kochner, Carp. Turberii vid. 1712.
 56. Abhandlungensatzes abguldung von Veigt.
 57. Progr. in Fun. Homburgii Selt. 1714.
 58. Catalogus scriptorum in div. acad. editorum. 1732.
 59. Progr. in Fun. Carolif phil. stud. 1757.
 60. Musurgia Topapii 1757.
 61. — Siedlii. 1758.
 62. — Laur. Heideri. 1758.
 63. De vita Frobenii. 1756.
 64. Gratia panegygr. in diem nat. pini. Frideric' V, laura et
 65. De des principitate. Progr. in christinatal. his. 1762.
 66. Progr. in fest. Michaelis. 1762. —

96
1233

— Nonnulla derunt —

ULB Halle 3
001 920 952







PROGRAMMA
IN
FVNERE
VIDVÆ
BEATI
CASPARIS CORBERI,
PROFESSORIS QVONDAM IN HAC
ACADEMIA ELOQVENTIÆ CELE-
BERRIMI,
ÆTERNUM VICTURI,
CULTISSIMÆ FEMINÆ
AGNESÆ KROHNEN,
A. M D C C X I I .
D. XXIV. JAN.
IN ACADEMIA JULIA
P. P.



HELMSTADII,
—————
TYPIS GEORG-VVOLFGANGI HAMMII, ACAD. TYPOGR.

